Quelle: http://manuscripta.at/?ID=922
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ni. At ille quasi ex iniuria
offensus reiecit se in pauimen-
tum et stridebat dentibus et mor-
debat procuratorem suum et ca-
pillis eorum qui aderant manus in-
iciens quo poterat conatu se ab
eorum manibus abstrahebat. Tandem ab
eis uix teneri poterat. Leuia inquit
abbas ad lectum nostrum eum redu-
cite. Orante itaque abbate et
fratribus in oratione prostratis. quasi
ardentibus paleis. que in lecto con-
tinebantur diabolus ureretur. tre-
menti estuantis uix propinquante
diuina passione. clamoribus tes-
tabatur. Iubet et quoque sanctus. in os pacien-
tis aquam benedictam infundi. Quam
ille pressis labiis et dentibus non
admittens. uix tandem cuneo
infixo. dissoluente pressura. uel-
let nollet intra fauces et gutture
recepit. Confestimque ut pene-
trans sanctificatio ad interiora de-
scendit. quasi infuso antidoto
uis magna erupit et uomitu
sordidissimo quasi torrentis

impulsu. festina precipitatione ro-
tatur. cum ingenti contumelia demon
exiuit. Repente qui uidebatur mor-
tuus uiuit. et de lecto albis quietus
et incolumis surgens. patruumque su-
um amplexatur. deo gratias sanus sum
inquit. Gratias agunt omnes communiter
deo. et qui modo flebant. letantur. Foras
clamores effunduntur. res uti gesta.
super tecta sollempniter predicatur. to-
ta ad spectaculum conuenit ciuitas.
benedicitur deus. gaudet populus. in abbe-
tanti operis patratore. totus plebis
requiescit affectus. Aliud.

Febricitantibus multis idem sanctus
manus inponens. et aquam bene-
dictam porrigens ad bibendum sa-
nitatem obtinuit. aridas manus et
membra paralysi dissoluta tan-
gens incolomitati restituit. ce-
cis etiam sub multorum testimonio in
eadem ciuitate ut uideret in posi-
to signo crucis apparatre luminum
potentiam obtinuit. Per idem tempus
hospicium albanensis episcopi quem
dominus papa in eadem legatione sibi